

excessus illati ab executeore, etiam Apostolico, appellationi emissa per eundem (eo quod careat in hoc articulo potestate, & jurisdictione) non deferente vim nullam fecisse, declarabit senatus, eique causam remittendam iterum processuro, ex hucusque probatis.

33 Illud tamen singulare meminisse oportebit: quod superior ad quem pro excessu executoris repositione recurritur per viam appellationis, querelæ, aut nullitatis, minime se potest intromittere in negotium principale, & executionem, sed illum dumtaxat excessum indagare, atque cognoscere, iste est text. mirabilis in l. ab execut. ff. de appell. qui dum loquitur de appellatione ab excessu commissio per executeorem sententia perperam illam interpretando, inquit, ita tamen ut in causa appellationis reddenda, hoc solum queratur, an jure interpretatum sit, id quod etiam Divus Antonius referipit, &c. & ibi etiam gl. verbo an jure. Bart. in sum. mario, & omnes: hoc idem dixit & optime Specula. in tit. de appell. §. in quibus sub num. 7. citans Alber. Gal. quem refert Bald. in additioe dicens, hoc tenuisse Alber. Gal. ipse in tit. de appell. vers. ult. confirmantes quod quando appellatur ab executeore excedente eo quod rejecit admittendas, & legitimas exceptiones in via executiva, superior judex de hujusmodi appellatione cogniturus non potest cognoscere de meritis principalis causæ, sed cognoscat de exceptione tantum; an jure vel

34 injuria fuerit rejecta, & in terminis nostris ut a judice requisito, a cuius excessu appellatur, ut superior non possit cognoscere, nisi articulum excessus, nec possit appellans aliam causam addere; tenet Guido Papæ, quæst. 574. n. 2. Vincent. Caroc. exceptio 65. n. 4.

35 Quod comprobatur ex eo, quod de cæteris appellationibus simpliciter interpositis super causa nullitatis sententiæ dumtaxat ut judex superior non poterit in ista appellatione cognoscere de injustitia sententiæ, de cuius nullitate tantum agit, sed solum super ea: ita tenet Philip. Franc. in c. directè num. 11. de appell. referens sequitur Scaccia de appell. quæst. 17. limit. 1. n. 56. qui reddunt rationem, quia cum ille judex possit adiri dumtaxat super nullitate sententiæ, ita nec poterit nisi de ea cognoscere, quia non est super injustitia simpliciter aditus, nec est hoc petitum & sic judex appellationis super ea non acquirit jurisdictionem, optime Bal. in l. si ut proponis, 4. C. quomodo & quando judex, Franc. in c. dilecto, 63. q. 10. sub n. 24. vers. sed adverte quia, Bal. de appell. Scaccia de appell. q. 11. n. 129. ergo idem dicendum erit in hoc casu, quod tum super nullitate

37 & excessu non de simplici gravamine, & injustitia sit dumtaxat aditus superior, minime poterit se intromittere ultra contentum in libello non consentiente parte.

38 Ex eo etiam fulcitur, quoniam excessus est articulus separatus ab executione, & executorialibus, Bal. in d. l. ab executeore num. 2. Gallef. in tract. de oblig. camer. tit. de liquid. c. ex distis, n. 11. Marquæsa. in tr. de commissi. 1. p. cap. 24. n. 28. in fin. & num. seq. ubi dicit, quod hujusmodi commissio super appellatione ab executionis excessu conceditur in Curia specialiter de excessu; quare omnes alia clausulæ ex quibus turbari, impediri, suspendi aut retardari possent in aliquo executio negotii principalis commissi, delendæ sunt prout delentur? nam cum iste prætextus excessus commissionis non repugnet, nec contradicat sententiæ; & executorialibus, commissio hæc, ac per consequens inhibicio ejus vigore emananda, & decernenda per secundum executeorem, cui dirigitur, venit restringenda, & arctanda ad præfatum excessum dumtaxat citat ad id doctrinam Saliceti, in l. ab executione n. 13. & Bart. in l. ab executeore n. 14. quibus adjuget quæ diximus supra cap. 3. 3. p. in princ. a n. 15. cum seq. & sursum: facit quod late supra hac 4. p. c. 3. vers. ac insuper executeor, a num. 65. cum seqq.

39 Facit etiam doctrina ipsius Marquæsa. tract. de commisso. 1. p. cap. 16. a num. 59. fol. 173. ubi dicit, quod quamvis adit Cameralis obligationis executio, si tamen ab excessu appellari contigerit, datur commissio simplex, quia est excessus contractum non tangeans, nec obligationem prædictam, secundum Bal. in l. 2. in fin. ff. de executione re jud. Plotus in l. fin. colum. fin. vers. nota C. de bonis vacant. Bart. in l. ab executeore num. 13. ff. de appellat. lll. in l. properandum §. fin. autem num. 25. C. de iudiciis, & quod excessus executoris quid diversum, distinctum sit, & separatim à commissione, & jurisdictione mandata, probat Castell. à Bobad. in post. lib. 2. cap. 21. sub num. 69. De quo etiam vide infra cap. 14. a n. 204. cum seqq.

40 Ultimo pro necessario complemento hujus materie illud utilissimum non erit omittendum, ad quem namque judicem erit appellandum ab excessu executionis, ut ei tanquam legitimæ propositæ sit undique deferendum; & licet ad Princ. hujus c. aliquid obiter tetigimus, tamen in hac difficultate duæ conclusiones cum suis illationibus, seu exemplificationibus proponendæ sunt, quæ fundantur in illa doctrina præ oculis habendæ, è ejus judicis facti & gravamine appellatio prorumpatur: ut ad illius superiorem sit recurrendum pro illius prosecutione, & gravaminis repositione.

41 Quo supposito prima erit conclusio, quod si ipse met executeor qui tulit sententiam, exequatur, ab eoque excessu, & gravamine contingat appellari, absque dubio erit appellandum ad eisdem judicis superiorem, ita post Bar. in l. à Divo Pio. §. sentent. Romæ. ff. de re jud. & in l. ab executeore, ff. de appell. probant. Abb. in c. quoad consultationem n. 28. in princ. ff. de sent. & re jud. Rebuff. in tract. de sent. execut. art. 7. gl. 1. 3. n. 3. vers. fallit, tom. 1. folio 378. Scaccia tract. de appellat. quæst. 17. limit. 10. num. 67.

42 Ex hac verissima conclusione primò inferitur, quod si ipse judex non per se ipsum exequatur, sed per suum nuntium, & nudum ministrum, cui dedit eum & limitatum mandatum, nuntius ipse non excedit sed ad unguem adimpletur, tunc si condemnatus ex mandato senserit se gravatum, à tali gravamine, & excessu erit appellandum, non ad judicem qui commisit executionem, sed ad ejus superiorem, quia factum per hunc nuntium executeorem, tangit judicem committentem, illique attribuitur, non gerenti: quia iste non est qui gravat, sed judex qui commisit; ita docet Bart. in l. ab executeore, colum. 2. ff. de appell. pulchrè Rebuff. ubi proxime, sub num. 3. vers. fallit quando, bene etiam probat Ab. Panor. in d. c. quoad consultationem. sub n. 28. vers. primo casu, aut nuntius exequitur, Scaccia ubi proxime sub n. 67. quam doctrinam pulchrè temperat Rebuff. ubi proxime d. num. 3. ad fin. ut procedat, quando appellatur à commissione, & specificè à facto ipsius judicis committentis, secus autem quando simpliciter appellatur ab executeore, & nuntio, ideoque debere appellari à commissione & ab inde sequutis, si rectè sit appellandum, advertit Rebuff. ibi, atque etiam testatur, ita censuisse Senatium anno 1540. Novembris quæ doctrina vera est.

43 Ex eadem conclusione secundò infero, quod si judex qui tulit sententiam requirit judicem alterius territorij, in quo sita est res (juxta ea quæ infra c. 6.) tunc ipse requirens suo mandato gravet, puta; quia requirit eum, & mandat, ut prius exequatur sententiam in immobiliibus, aut iuribus, & actionibus; & tunc si ab hoc gravamine appelletur, debet appellari non ad ipsum remittentem, sed ad ejus superiorem, quia remittens gravat, ab ejus facti appellatur, tenet Ab. in d. cap. quoad consult. vers. aut alienus judex non exequitur tenet etiam post alios Rebuff. ubi proxime n. 5. Scaccia n. 68. vers. aut gravat judex requirens: quia tunc dicitur imploratum auxilium facti, sicque præstando illud non excedit fines auxilii petiti, quare ad superiorem

44 47 judicis

Judicis requirentis erit appellandum; qui Doctores illud reddunt exemplum quod si judex secularis præstat in executione familiam Episcopo modum excedenti in eadem executione, appellabitur ad Archiepiscopum; vel ad Papam, non autem ad superiorem secularis, &c. quia ipse non gravat, nec à gravamine illato appellatur, tanquam gesto à requisito judice, sed tanquam à gesto per requirentem, cuius imaginem representat; & licet Ab. ubi proxime, dixerit, appellari etiam posse ad superiorem judicis facti, tamen hinc non placet, nec Scaccia. nuper citato, num. 88. in fin.

45 Secunda conclusio sit, quod quando appellatur à gravamine facti ab executeore delegato, seu nuntio, cui commissi est executio sententiæ; puta quia ipse executeor excedit fines mandati, tunc ad ipsum judicem delegantem, seu committentem executionem appellandum est, ita Ab. ubi supra tradit B. in l. D. Pio. §. 2. in fin. ff. de re jud. per quem & per l. arbi secundum unam lecturam, ff. qui iuris. cog. tenet Rebuff. in tract. de sent. execut. art. 7. gloss. 13. n. 2. ubi ita decisum fuisse in facti contingentiâ, testatur sequitur Scaccia de appellat. q. 17. limit. 10. sub n. 97. vers. secus si nuntius seu executeor. Fel. in c. pastoral. §. præterea in princ. de off. & potest. iud. deleg. Alex. consil. 95. l. 7. Berol. consil. 32. n. 18. lib. 4. Lanc. Robert. de attent. 1. part. c. 12. limit. 5. 3. a num. 29. & diximus ad princ. hujus cap. ubi alia adduximus in comprobationem hujus conclusionis.

46 Hæc tamen conclusio fallit in judice requisito pro executione alicujus sententiæ, quia si ipse excesserit fines mandati, & executionis, non ad judicem requirentem, sed ad superiorem judicis requisiti gravantis erit appellandum, quia appellatur à gravamine, & facti hujus judicis exequentis jure proprio, non ut delegatus alterius judicis, ita sic loquuntur Rebuff. d. tract. de sent. execut. art. 7. gl. 13. sub num. 14. fol. 378. sequitur Scaccia de appellat. q. 17. limit. 10. n. 68. Rebuff. allegat ad id lll. & alios.

47 Sed horum Doctores assertio ex ratione regulanda erit, ita ut sit amplectenda in casu, in quo militat dumtaxat, nempe quando judex exequitur jure proprio juxta terminos text. in c. Rom. contrahentes, de for. compil. 6. scilicet quando ad illum judicem sit contractus executio remissa, quia ad illum spectat, quia tunc jure proprio exequitur, quo casu nihil mirum, ut ad ejus superiorem appelletur, ut verò quando judex, qui tulit sententiam, committit executionem facti judicis alterius territorij, ubi res existit super qua executio, seu missio faciendâ est, tunc iste judex sic requisitus dicitur judex delegatus, & executeor sententiæ, & mandati judicis requirentis, ita expresse probant Joan. Ferrar. in præd. in for. execut. sentent. diffin. sub num. 14. fol. 177. Gratian. disceptat. for. cap. 14. n. 7. Paz in prax. 5. part. tom. 1. cap. 2. n. 10. fol. 101. Covar. in præd. quæst. cap. 10. sub n. 7. ad med. cap. 16. sub n. 5. & probat text. in l. à D. Pio. §. sentent. Romæ, & §. si super rebus, (qui ab illo dependet juxta mirabilem intellectum traditum à Covarruvia sub d. n. 5. quem vide) ff. de re jud. & sic in hoc casu à ratione cessante, dicendum, est ut ab hujusmodi executeoris excessu, cum procedat ut delegatus; debeat appellari ad judicem requirentem juxta quæ dicunt Doctores in conclusione secunda citati, & hanc interpretationem clarè sentit Ab. Panor. in d. c. quoad consultationem num. 28. in fin. & n. 29. càmque videtur etiam tenere Parlat. lib. 2. rer. quotid. cas. fin. 2. p. §. 3. num. 9. dum pro resolutione hujus doctrinæ, se remittit ad d. Ab. ibi, & satis probatur ex his, quæ supra in illatione primæ conclusionis, maximè cum pro hac doctrina juris neget principium, dictans, ut à delegato, sive à Principe, sive ab ordinario inferiori, appelletur ad delegantem, latè profertur Scac. de appell. §. 8. à num. 14. cum pluribus seq. cuius articuli resolutio difficilis est.

Salgado de protect. Reg.

Hæc tamen nostra resolutio uno modo falli, quando judex secularis petens auxilium ab Ecclesiastico pro executione suæ sententiæ, & ipse excedendo interponit auxilium juris, puta excommunicando, quia tunc appellandum est ad superiorem judicis excommunicantis, ut tenent Ab. Rebuff. Scac. locis proxime citatis, quia tunc ea ratione puto procedere, quia judex secularis non potest de gravamine excommunicationis cognoscere, nec illud revocare.

CAPUT V.

Quid inter se distent, quoad procedendi modum, executeor speciei certæ, & executeor facti hoc est, compulsor ad factum præcisum; & an, & quando ab eis absque citatione procedentibus, seu excedentibus, emittæ appellationi minime deferentibus, vis fiat?

SUMMARIUM.

- 1 Executorialium judicium ab ordine judiciario citatio summario multum distat.
- 2 Via executiva est summaria, tamen magis accelerata quam simplex summarium judicium.
- 3 In iudicio summario agitur an debeat, in executione quomodo solvatur.
- 4 Causa est summaria, ergo executiva: non valet argumentum: causa est executiva, ergo summaria valet.
- 5 Judicium hujus sententia exequitur non obstante appellatione non dicitur executivum.
- 6 Citationem in via executiva non requiri qui teneant.
- 7 Citationem in executorialium executione requiri qui teneant.
- 8 Executio quando fit ab eo judice vel ejus executeore super eadem re super qua lata est sententia, citationem requirit.
- 9 Executio ubi est facta rei judicis aut litigantis committit persona requirit citationem præcisè.
- 10 In quolibet iudicio ubi rei aut persone datur mutatio, nova citatio præcisè est, etiamsi omnes necessaria præcesserint.
- 11 Executio ubi est faciendâ in persona specialiter non nominata, in executorialibus citatio an necessaria sit.
- 12 Bona debitoris ubi capiendâ sunt subhastanda pro executione quantitatis contenta in sententia, requiritur citatio.
- 13 De quo executionis statu citatio hac sit faciendâ, ibidem. Declara ut.
- 14 In executorialium executione pro quantitate debet intimari debitori ut solvat.
- 15 Secus si instrumentum contineat tempus determinatum, quia tunc ipse interpellat.
- 16 Executio & ejus acta corrumpunt si omittatur necessaria citatio.
- 17 Ab executeore omittente necessariam citationem appellationi emissa esse deferendum decernit Senatus Regius.
- 18 Executio merus est cui nudum factum committitur & executio, discussis omnibus qua apponi poterant executio sententiæ.
- 19 Executeor merus si citaverit, non tenetur citatum expectare, quia non potest assumere partes judicis, & jurisdictionem commissam usurpare.
- 20 Appellationi emissa a citato per merum executeorem executorialium quem non tenetur expectare, non erit deferendum.
- 21 Executorialium executeores non eodem modo sed diversis modis omnes sententias effectui tradunt.

Y y 2

Executeor



- 22 Executor pro ſumma pecuniaria procedit capti pignoriſubſtandis, ex quibus ſauisſit creditori, vel illi datur in ſolutum.
- 23 In executione inſtrumenti guarentigiatu pro quantitate, eodem modo proceditur quo in executorialibus.
- 24 Ab executore pro quantitate incipiente a captura perſona ante diſcuſſionem honorum tanquam ab excedente licita eſt appellatio.
- 25 Executor executorialium pro certa ſpecie cogit preciſe condemnatum tradere, etiam vi & manu militari de poſſeſſione deſicit.
- 26 Sententia rei tradenda obligat preciſe ad factum, nec ſolvendo intereſſe condemnatum liberatur ſi habeat facultatem rei tradenda.
- 27 In venditione alicuius ſpeciei ſi factum inſtrumentum guarentigiatum venditor preciſe compellitur ad tradendum.
- 28 Debitor licet poſſit ſolvendo intereſſe liberari, non tamen poſt ſententiam diſſinitivam qua obligat preciſe ad tradendum.
- 29 Res ubi in ſpecie praſtanda erit, executor facit preceptum rei ut intra triiduum reſtituta, qua non reſtituta cogitur manu militari.
- 30 In executione pro ſpecie certu, civilis faciet iudex, ſi prius moneat condemnatum aut obligatum.
- 31 Citationem precedere executionem etiam ubi non ſit neceſſaria, tutius erit.
- 32 Poſſideme debitor ſpeciei ex guarentigia clauſula abſque citatione, advocatur poſſeſſio, ſocus ſi alius poſſidet.
- 33 Condemnatus ad rem tradendam cogitur preciſe ſi non habet facultatem rei tradenda, puta quia obiit, abiit, vel aliter perit, quia tunc in eſtimatione ſit executio, & ſeqq.
- 34 Quod procedit etiam in depoſitario, mandatario & venditore.
- 35 Verba aduſtantur implicite ſaltim, quia quantitas aſſimationis ſemper ineſt rei petita eſtimabili.
- 36 Res ad quam qui eſt condemnatus ſi longe abſit, quomodo ſit facienda executio.
- 37 Executio capta pro re, an ea perempta ſit proſequenda, & in quo.
- 38 Sententia pro Barone lata, ut pro ſingulis centum ovibus ratione paſcuorum Baro unum habeat, etiam contra minus centum paſcentum, ſit executio habito reſpectu ad numerum, & facta computatione grata.
- 39 Si autem quinquaginta quis depaſcit, fiet executio pro eſtimatione dimidia partis unius ovis.
- 40 L. ſi longis C. de executione rei iudicatae verba mirabilia conducuntur.
- 41 Executorialium executor ad actum conſiſtentem in animo condemnati, puta praſtare patientiam aut conſenſum, renuntiare officium aut beneficium, & ſimilia, quomodo ſe habere debeat.
- 42 Executor ad factum dependens ab animo condemnati, non excedit, non admittendo intereſſe, ſed ad factum preciſe compellens.
- 43 Obligatus ad factum licet ante ſententiam liberetur praſtando intereſſe, non tamen poſt illam, quia obligat preciſe.
- 44 Executor ad factum dependens animo condemnati, an excedat illum contumacem per carcerem cogere.
- 45 Verba (compelli & cogi) pertinent ad meram executionem & factum preciſum.
- 46 Mentio ſemper debet precedere compulſionem.
- 47 Monitus intra quod tempus tenetur adimplere, remiſiſive.
- 48 Voluntas & animus condemnati ex quo pendet executio ut ſubjiciatur, corpus deſerendum eſt.
- 49 Voluntas condemnati a qua executio dependet, cauſativa eſt reducenda cum directo non poſſit ob eius proterviam.
- 50 Promittens ſcribere poſteſt compelli per carcerem ad ſcribendum.

- 51 Depoſitarius cogitur ceptis pignoriſubſtandis & per carcerem depoſitum reddere.
  - 52 Ab executore facti & carceratione pro eius executione non datur appellatio.
  - 53 Adminiſtrator aut tutor ſi nolit exhibere rem Domini in qua ſit facienda ſententia executiva, incarceratur quouſque exhibeat.
  - 54 Promittens contrahere matrimonium compellitur per carcerem & cenſuras.
  - 55 Poſſeſſor violentus condemnatus ut deſtat a poſſeſſione, ſi nolit, cogitur per carcerem.
  - 56 Executor pro quantitate poſteſt per carcerem compellere condemnatum, ut indicet bona in quibus facienda ſit executio.
  - 57 Executio ſit per manum militarem & violentem, ſi aliter perſici non poſteſt.
  - 58 A compulſione per carcerem nullus etiam privilegiatus qui tenetur ad factum perſonale ex ſententia, poſteſt ſe excuſare.
- Quia tunc non capitur pro debito, ſed pro contumacia, & quaſi delicto, prout tribunalium praxis obſervat ibi.
- 59 Executor non excedit compellendo per carcerem condemnatum ad factum dependens ab eius animo & voluntate, nec vim faciet.
  - 60 Compulſio poſteſt fieri per cenſuras.
  - 61 Excommunicatio eſt actus executivus, & ſeqq.
  - 62 Excommunicatio ab homine non fertur niſi pro contumacia.
  - 63 Concilium Tridentinum ſeſſione 25. de reformatione c. 3. explanatur, loquens de executione per cenſuras, quando ſit facienda tam in criminalibus cauſis quam in iudicialibus.
  - 64 Executio facti dependens a voluntate condemnati, ſit per carcerem poſtea creſcente contumacia per cenſuras juxta Concilium.
  - 65 Condemnatus ad recipiendam aliquam in uxorem, cogendus eſt per cenſuras.
  - 66 Condemnatus recipere aliquam in uxorem quibus ex cauſis cogendus non ſit, ſed in executione executorialium ſuperſedendum, remiſſive.
  - 67 Appellationi a declaratoria ſententia pro rei iudicata executione executor uno deferens an vim faciat.
  - 68 Declaratoria incurſus cenſurarum pro executione executorialium dicitur pars rei iudicate.
  - 69 Appellare omittens ab appellabili non poterit poſtea appellare a citatione ad videndum ſe declarari.
  - 70 Declaratoria cenſurarum ſuper via executiva non admittit appellationem.
  - 71 Declaratoria incurſus cenſurarum pro executione rei iudicatae non admittit appellationem.
  - 72 Declaratoria incurſus cenſurarum pro executione obligationis in forma Camera eſt inappellabilis, quia executionis natura veſtitur.
  - 73 Declaratoria incurſus cenſurarum pro executione litterarum Apoſtolicarum, non admittit appellationem ſuſpenſivam.
  - 74 Commiſſio ſuper appellatione a declaratoria lata pro executione litterarum Apoſtolicarum, non datur niſi cum clauſula (parito brevi.)
  - 75 A carceratione licet poſſit appellari, tamen a carceratione pro executione rei iudicate aut inſtrumentu guarentigiatu non poſteſt.
  - 76 Appellatio ſuſpendit a declaratoria ſuper executione rei iudicate ſi executor modum in ea ferenda excedat.
  - 77 Executor merus poſteſt deputari etiam non conſtitutus in dignitate.
  - 78 Executores diſticti compulſores ſunt meri, & non debent eſſe in dignitate conſtituti, ſed miſplices clerici ſufficiunt.
  - 79 Executor executorialium ſaper jure incorporeali quomodo procedat ad executionem.
  - 80 Sententia ſola in iuribus incorporealibus an transferat poſſeſſionem civilem & naturalem.

- 81 Viſtor in jure incorporeali ſi ui non poſſit reluctantem condemnato, compellitur ad patientiam praſtandam.
- 82 Condemnatus in confeſſaria, compellitur praſtare patientiam ſervituti.
- 83 Condemnatus in iuribus incorporealibus compellitur pro patientia, ſicut in corporalibus pro actuali traditione.
- 84 Sententia ſola non tranſfert dominium in iuribus corporalibus.
- 85 Pro executione juriſ corporalis requiritur actus apprehenſivus.
- 86 Actus apprehenſivus ſi non poſteſt conſequi ob reſiſtentiam condemnati, compellitur per carcerem ad praſtandum patientiam.
- 87 Condemnatus ad cedendum vel renuntiandum officium, aut beneficium, ſi monitus nolit renuntiare, juriſ interpretatione habetur pro renuntiatione.
- 88 Abdicare qui tenetur aliquod jus, ſi monitus abdicare nolit, habetur pro abdicante, & proceditur ac ſi abdicasset.
- 89 Hereditatem qui tenetur reſtituere, & monitus recuſat, habetur pro reſtituente legis interpretatione.
- 90 Procurante acquirente actionem ex re domini, & ejus nomine, ſi monitus recuſet cedere, habetur pro cedente.
- 91 Executio ſi fiat in officiis publicis vendibilibus, debitor compellendus eſt renuntiare, & titulum officii exhibere.
- 92 Executio ubi ſit facienda in officio vendibili, & ſit adeundus Rex, quomodo debitor eſt compellendus.
- 93 Et hoc compulſionis genere ad praſtandum conſenſum, utitur ut meliori Conſilium Neapolitanum.
- 94 Dominus feudi nolens ſub feuditione praſtare conſenſum, juxta pactum, cogitur intra terminum praſtare; & ſi non praſtet, habetur pro praſtato.
- 95 Actor ſi dolo & potentia adverſarii non poſſit mitti in poſſeſſionem rei poſt annum, habetur pro vero poſſeſſore, ac ſi miſſus fuerit.
- 96 In poſſeſſionem ſi quem mittere actualiter non queat iudex ob aliquod impedimentum, habetur pro poſſeſſore miniſterio legis.
- 97 Condemnatus ad tradendum inſtrumentum debiti, ſi id non reperitur, compellitur ad conſiciendum inſtrumentum liberationis.
- 98 Condemnatus ad id quod eſt impoſſibile facere, ſed honeſtum, compellitur eo modo quo poſteſt.
- 99 Condemnatus aliquem facere indemnem ab obligatione ſi hac ſit extincta, eo modo quo poſteſt debet indemnem ſervare.
- 100 Idem modus & forma ſervatur in executione inſtrumentu Cameraſis continentiſ quantitate, ſpeciem certam, factum, aut jus incorporeale, qua ſervatur in executorialibus aequiparantur.

**E**XECUTORUM executorialium proceſſus iudiciumque quantum ab ordine iudicario ſit alienum, cum id cognitio, & condemnatio precedat, nemo eſt, qui ignoret, aded ut licet ſit ſummarium, & in eo ſummarie procedatur, Bart in l. Titius col. penult. C. de agricol. & cenſuris Lanfran. in c. ſape col. 2. in 13. conſiſſione de verborum ſignificatione, Bald. in l. prima ſ. is videtur, in col. ſin. ff. ſi quis jus dicit, non obtemper. Bart. in l. creditor col. 6. in verſiculo adverte tamen, C. de pignoriſubſtandis. Joan. Imol. conſilio 134. in caſu praſmiſſo a num. 2. Roma, conſil. 323. & ideo dicit Marant. de ord. juſt. 4. part. 9. deciſ. n. 60. quod cauſa ex inſtrumento guaren. eſt ſummaria ex quo eſt executiva, in qua nullus obſervatur ordo juriſ, ſed devenitur ad capturam perſona, & vide num. 50. ubi quod cauſa executiva eſt ſummaria, tamen magis acceleratum iudicium eſt executivum, quam ſimplex ſummarium, quia in hoc agitur an de Salgado de proteſt. Reg.

beat, in illo autem quomodo ſolvatur, & ſic licet valeat argumentum, omnis cauſa executiva eſt ſummaria, & ſummarie tractatur: non tamen valet e conganter argumentatur Paul. Caſtrenſ conſilio 62. num. 2. verſiculo, item non obſtat ſtatutum lib. 1. idem Caſtrenſ conſil. 319. conſiderandum eſt column. 2. verſiculo, hoc ideo lib. 1. referens ſequitur Cardinal. Tulechus practic. conſiſſion. tom. 3. litera E. conſiſſ. 472. num. 36. & conſiſſ. 383. num. 9. & iterum n. 10. qua doctrina eſt menti commendanda, quoniam multos viros doctiſſimos acceptos vidi, & confundentes hos terminos, vocantes cauſam, & iudicium executivum illud, ſive ſummarium, ſive ordinarium ſit, cujus ſententia lata non admittit appellationem ſuſpenſivam; quoniam licet ſententia lata in aliquo iudicio ſummario ex aliqua juriſ ſpeciali ratione, ſeu privilegio exequatur, non obſtante appellatione, non ideo ſequitur, quod iudicium in quo lata fuit, eſt executivum, quia eſt diverſum ex dictis.

Et ideo in iudicio executivo omittitur juriſ ordo, ut non parva ſit inter utriuſque juriſ Doctores controverſia, an in executione ſententia citatio neceſſaria ſit, vel non. In quo partem negativam, citationem non requiri amplectuntur Innocent. in cap. ex ratione de appell. Rota deciſ. 355. in novis, & deciſ. 183. in novis. Bald. in cap. 1. de feud. ſine culpa non amitt. & idem in l. terminato, C. de fruct. & litium expen. Domini in c. licet de praeben. in 6. & in c. ordinarii, poſt Innocent. & Hoſtium. de off. ord. l. 6. Angel. Aret. in §. curare, inſtit. de act. Ant. de Butr. & Imol. d. c. ex ratione, & eſt bona gloſ. in c. cum cauſa gloſſ. 1. de re jud. ubi Abb. Joan. Andreas in c. eum qui de dolo & contumacia in 6. Abb. in c. directe de appell. Philip. Franc. in cap. perſonas eod. tit. Calcanes in conſ. 80. Guido Papa q. 329. Marant. de ord. jud. 6. p. actu 3. prin. n. 17. Veſtrius in praxi. Rom. Cur. lib. E. cap. ult. num. 3. verſ. quamobrem. fol. 264. & Afin. in prax. jud. §. 7. cap. 5. limit. 9. n. 1. dicentes quod in executione executorialium non ſit neceſſaria citatio.

Contrariam tamen ſententiam, citationem hoc caſu requiri, quiteneant, plures non deficient, Petrus & Cyn. in l. ab executore C. quorum appel. non recip. & in l. 1. C. de juriſ & facti ignorantia, & Jacob. Butr. ut referet Angel. in l. 1. C. de iudicium non reper. Roſed. in l. meminere, C. unde vi. Angel. in l. 1. §. ſi ex conventionione, ff. de re jud. Bart. in l. ſi ſiliola 2. in ſin. ff. ſolutio matr. & in l. 2. in ſin. C. de tempore appell. Anton. de Butr. in clem. ſicut 2. q. de appell. Imol. in l. a D. Pio, §. in venditione, ff. de re jud. ubi Alexand. Philip. Franc. in c. ex ratione de appellat. Brun. conſil. 87. Nicell. de concord. gloſſ. 52. full 70. Rebut. in tr. de ſententiarum executione, art. 7. gl. 9. n. 6. & ſeqq. tom. 1. fol. 369. & tr. de ſenten. proviſion. art. 2. gloſ. ult. verſ. quomodo, eodem tom. fol. 269.

Sed in hac contrarietate communis omnium ſerbo Doctorem diſtinguentium prevaluit opinio, ac magis communiter recepta, obtinuit apud omnes: ut ſcilicet quando ſit executio executorialium ſuper eadem mer re, ſuper qua fuit pronuntiatum, ſententiaque lata, & ex ea executoriales, & per eundem iudicem ſive ejus executorem facta executio, ut tunc nec requiratur, nec neceſſaria ſit alia citatio, ſed directa executio facienda eſt, eſtecto condemnato de poſſeſſione, etiam violentem, & in ea mittendus viſtor. At vero quando in executione, adeſt mutatio perſonae aut rei, ut puta quando eam facit non idem iudex, qui ſententiam tulit per ſe, nec ſuos miniſtros, ſed alius, ſucceſſor puta, vel quilibet alius, vel quando non ſit executio contra eandem perſonam condemnatum, ſed contra aliam, ut puta heredem, ſucceſſorem, vel tertium, vel quando condemnatur ad quantitate, pro qua capiuntur pignora, & vendenda ſubſtantantur ad faciendam ſolutionem, quia tunc ubi haec mutatio reperitur, citatio